



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XXVI. Bernhard, Magdeburgischer Elect, incorporirt dem Lorenz-Kloster in  
Neustadt-Magdeburg die Pfarrkirche Beltiz, am 20. Juni 1280.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXVI. Bernhard, Magdeburgscher Elect, incorporirt dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg die Pfarrkirche Beltz, am 20. Juni 1280.

In nomine domini Amen. Bernhardus, dei gracia sancte magdeburgensis ecclesie Electus, vniuersis presentibus et futuris in perpetuum. Sicut gradatim ascenditur et nemo repente fit summus, sic paulatim aliquociens indigenti succurritur, ut ab indigencia sua quis ex paruis subuencionibus releuetur. Spe consideracionis huius instructe dicite deo filie sanctimoniales monasterii sancti laurencii noue ciuitatis magdeb. Cisterciensis ordinis studentes paulisper augmento possessionis sue in opus quidem curationis, quam paciuntur inedia et habentes ad nos plenam de promotione sua fiduciam non solum de meritorum suorum exigencia, qua sunt bone, sed ex familiaritatis gracia, qua matri nostre magdeburgensi ecclesie ac nobis in domino sunt subiecte pro impetranda sibi parrochiali ecclesie in beltiz brandeburgensis dyocesis nos ac sanctum magdeburgense capitulum sollicitare humilibus saltem precationibus attemptarunt. Quarum deo placencium piis votis condescendere cupientes, earum precibus haut deesse possumus; necessitates dicti cenobii, si non habundanter hac vice competenter tamen respicere, ut in futurum possit habundare plenius, ex mera liberalitate compellimur et ex libera pietate. Igitur recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod ob fauorem religionis ac intuitu diuine remuneracionis congregacioni sanctimonialium sancti laurencii magdeburgensis ius patronatus parrochialis ecclesie in beltiz, immo ipsam ecclesiam cum omnibus suis fructibus et vtilitatibus quibuscunque, prout possidebat eam sancta magdeburgensis ecclesia, accedente capituli nostri plenaria voluntate, per presentes tradimus et donamus in ius proprium, ut exinde dicta congregacio commodum eius ordinet et profectum prouiso, quod eandem parrochia diuino non fraudetur officio et cura animarum ibi nullatenus negligatur. Nec minus expediantur dyocesano ac loci huius archidiacono iura sua illisque semper hec maneant inconcussa. In huius donacionis nostre ac consensus capituli nostri euidentis testimonium presentem dedimus litteram sigillis nostro et nostre ecclesie roboratam. Datum magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>, XII Kal. iulii.

Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 63 u. 64.

Ob diese Patronatsverleihung sich auf Beltzig oder Beltiz bezog, wage ich nicht zu Gunsten des letztern Orts zu entscheiden, da der sorgfältige Abschreiber dieser Urkunde, Herr Archiv-Assistent Bedding in dem Copialbuche Beltiz liest. Indessen bezeichnen die Bestätigungen von 1308 und folgende den Pfarrort mit dem Namen Beltiz und in der That gehörte das Patronat über die Pfarrkirche zu Beltiz bis in die Reformationszeit dem St. Lorenz-Kloster zu Magdeburg.

XXVII. Gebhard, Bischof von Brandenburg, bestätigt die Uebertragung der Pfarrkirche in Beltz in das Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg, am 22. Juni 1280.

Geuehardus, dei gracia brandeburgensis episcopus, vniuersis et singulis presentes litteras inspecturis Salutem in omnium saluatore. Cum testimonio sapientis non debeat perhiberi,